

[II.iii] Capitulum 3<sup>m</sup> de quantitate intensionis velocitatis

Cum utraque uniformitas motus primo capitulo posita consistat in intensionis equalitate et utraque difformitas ex inequalitye proveniat premitendum est penes quid attendatur quantitas gradualis intensionis ipsius velocitatis. Verum tamen circa velocitatem tria sibi invicem propinqua possunt considerari. Unum est quantitas ipsius velocitatis totalis pensatis intensione et extensione, et de hoc dicetur in tertia parte huius tractatus que erit de mensuris qualitatum et velocitatum. Aliud quoque potest ibi considerari, scilicet denominatio qua subiectum dicitur tale fieri velocius aut tardius, de quo etiam dicetur in capitulo sequenti. Tertium est ipsa gradualis intensio que facit ad istud propositum, et de qua nunc dicendum est. Dico ergo quod universaliter ille gradus velocitatis est simpliciter intensior sive maior quo in tempore equali plus acquiritur vel deperditur de illa perfectione secundum quam fit motus. Verbi gratia, in motu locali ille gradus velocitatis est maior et intensior quo plus pertransiretur de spatio vel de distantia, et in alteratione similiter ille gradus velocitatis est maior quo plus acquireretur vel deperderetur de intensione qualitatis, et ita in augmentatione quo plus acquireretur de quantitate et in diminutione quo plus deperderetur de quantitate vel de extensione, et ita generaliter ubicunque reperiatur motus.

[II.iv] Capitulum 4<sup>m</sup> de diversis modis velocitatis

Non est pretermittendum quod idem motus vel fluxus multis nominibus diversimode connotantibus appellatur et secundum hoc velocitas denominans diversimode attenditur sive mensuratur, ita quod quantitas intensionis gradualis multis modis assignatur, quibus tamen convenit descriptio prius dicta in capitulo precedenti.

Verbi gratia, primo in motu circulari mobile dicitur moveri et dicitur

## II.iii: BVL

- 1 intensionis velocitatis *tr. L[E]*
- 2 primo: ex primo *L[EN]* / posita *om. L[E]*
- 8 quoque: etiam *L*
- 9 aut: vel *L[G]* sive *[A]*
- 11 istud *V[ESN]* illud *L[PM]* <sup>iā</sup> *B[AFCG]*  
/ et *B[AFMPCSG]* *om. LV[EN]* / qua:  
quod *L* / dicenda *B* / ergo *BV[APCGM]*  
igitur *L[ENFS]*
- 11-12 quod universaliter *tr. L[EN]*
- 12 universaliter *tr. [FMP]* *ante* est / quo: alio

## [FMP]

- 14 velocitatis: motus vel velocitatis *[FMP]*
- 14-15 maior et intensior *B[SG]* maior (quo plus acquireretur aut deperderetur de intensione) et intensior *[A]* maior vel intensior *[FMP]* maior sive intensior *[C]* intensior et maior *L[EN]* intensior sive maior *V*
- 16 velocitatis *om. V*
- 17 de: in *B*
- 18 acquireretur *om. V*
- 19 reperiatur *BV[AFSG]* reperiatur *[ENMP]*